religionis criſtiane veritatem perlegere. et totius vite noſtre ac animarum conſcientiarumq; noſtrarum pulchritudinem atq; feditatem poſſumus diſtincte conſpicere. Hys mediantibus cognoſcit homo vite ſue decurſum. qualiter diuina precepta ſeruauerit quantumq; deuiauerit quibus modis ſecundum varias peccatorum ſpecies deum offenderit. qualis demq; peccatorum confeſſio habenda ſit. ¶ Quod ſi predictorum aliqua a quoquam non bene intelliguntur conſulat ſuper hys ſapientes potiſſime ac deuotos viros. Omnis namq; perſona poſtq̃ ad annos diſcretionis peruenerit ſi conſenſu voluntario plenario et deliberato horum alicui preceptorum per contemptum inobediens extiterit. dilectioni dei amorem creature preponendo. extra ſalutis ſtatum efficitur. et in damnationis periculo ſtatuitur. nec gratum aliquid deo. dignum beatitudine operatur. Quamq̃ ſi temptationem grauem aut diuturnam ire ſiue luxurie vel alterius peccati quis incidat. ſi ipſa temptatio homini diſpliceat aut eidem homo reſiſtat. vel non plene et deliberate conſentiat. mortaliter non peccet. immo ſepe nullomodo peccat ſed magnum erga deum premium meretur temptationi viriliter reſiſtendo. ¶ Hic iam proſpicere clarum eſt quibus vijs et modis decem hec precepta infringantur ſeptem mortalibus et capitalibus

peccatis · quē ſūt ſuperbia · inuidia · ira · auaricia
gula · luxuria · et acedia · Quinqȝ item exteri
orum ſenſuum miniſterio · qui ſunt · viſus · au
ditus · olfactus · guſtus · et tactus · Sicqȝ quiſ
quis in hijs decem preceptis ſpeculi vite · ſe di
ligenter intuetur recte ſe conſpicit · ſeqȝ perſpē
it et hijs obediēs diſcrete ſapit ·

## Capitulum xvi explicat qualiter tripli cem veritatem ore vel corde confitendo · a ſta tu peccati mortalis ad ſtatum gratie reſurgi mus ·

Sciens nichilominus noſter miſericor
diſſimus pater deus et cognoſcēs noſ
tram fragilitatem permaximam · et
ad malum promitatem · multiplicibus vijs mor
tali vita durante paratiſſimus eſt nobis delic
ta remittere et gratiam conferre · ſi dumtaxat
veraciter et ex corde ſibi tres ſubſcriptas veri
tates porrigamus · Prima veritas eſt ·
Domine ſic vel ſic contra veſtram bonitatem
peccaui quod michi diſplicet · ratione cuius et
penitentiam ago quia vos offendi · qui totus eſ
tis venerandus et colendus · quodqȝ mandatū
veſtrum trangreſſus ſum · Secunda veri
tas eſt · Domine bonum habeo propoſitum et
deſiderium veſtro iuuamine mediante · michi

in futurũ precauendi ne incidam in peccatum
et occaſiones peccatorum iuxta poſſibilitatem
virium euitandi · ¶ Tercia veritas eſt · Domi
ne bonam habeo voluntatem peccatorum meo
rum confeſſionem integraliter faciendi pro lo
co et tempore ſecundum tuum et ſancte matris
eccleſie mandatũ et preceptũ · Has veritates
quiſquis qualicumq; loco et tempore ſincerit̃
non ficte aut mendaciter ex corde pronuncia
uerit · ſecurus exiſtat ſe in ſalutis et gratie ſta
tu conſiſtere · et vitam eternam mereri · quã
uis omnia enarrata prius crimina commiſiſſ;
Si etiam talis abſq; alia confeſſione continuo
decederet · in abſentia ſacerdotis · dormiendo · aũ
alio quouis modo morte ſubita preuentus · i
dem finaliter ſaluaretur · acerbiſſima purgato
rij pena mediante ¶ Ex quo notandum et ſa
lubre conſilium elicitur · vt criſtianus quilib;
ſingulis diebus bis aut ſemel ſero et in mane
aut ſaltem feſtiuis diebus redeat ad cor ſuuz ·
conſtientiam examinans · an tres premiſſas ve
ritates proferre valeat cum cordis ſinceritate
ſicq; intra ſtatum ſalutis ſe eſſe confidat · ¶
Quod ſi eas pura mente fateri non valet ob
ſtante voluntate peccandi · qua actualiter de
lectatur · aut iniquo propoſito quo quis
occaſiones peccatorum vitare renuit quem
admodum illi qui peccatis carnalibus merſi
reſurgere nolunt · aut vſuras ſuas aut in

iniuſtas mercationes et lucra continuant. vel
iniuſte retinent alienum. Quiq; alterius odio
vindicte deſiderio flagrantes in incendi ꝓpoſi
to perſeuerant. ¶ Certiſſime ſcient hij et conſi
miles non epiſcopū aut papam tales abſoluē
poſſe. ꝗꝗ talibus ſalutare conſiliū detur. vt
per ſeipſos vel alios bona q̄ poterint operētur
orando vel elemoſinas dando. quo deus eorū
corda illuminet et ad bonum dirigat et cōuer
tat. Nullum eſt enim bonum adeo exiguū qḋ
nō deus tandē eterna vel tpali mercede remu
neret Multoq; meliꝰ eſt tpale bonum et mini
mū ꝗ̄ omnino nullū ꝓmereri. Saluberrimū ē eti
am laudabilē cōſuetudinē illeſā ſeruare. ne eā
ſemel diſſoluendo nunq̄ in eternum forte reſu
mat.

## ¶ Capitulum xvij oſtendit quis ſit cōfeſſio nis modus et dat circa hoc vnum breue docu mentum.

QVocienſcūq; accedit homo ad cōfeſſi
onē pctōꝝ explanandā. hoc ē de neceſ
ſitate ſemel in āno circa ſolēpnitatem
paſchalē. aut cū mortis iminet piculū. aut in
ſacramētoꝝ ſuſceptione Ad frequētiorē em cō
feſſionē regulariꝰ nō tenemur quāq̄ ſepiꝰ cō
fiteri multū ꝓdeſt ad augmētū gr̄e. et diſtin
ctiorē cognicōez. et explicacōez pctōꝝ. debet

p̄meditata ↄfeſſurus quid aūt in quo deliq̄rit
cū examine diligēti ↄſciētiā diſcutiēs · ac ſi ma
gnū inde tp̄ale bonū reportarēt · ⸿ Accuſet ſe
poſtmodū pccōꝛ hūilit̄ nō irriſorie · veracit̄ nō
ficte · vituperādo ſe nō laudādo ꝯpue recte atq̄
ſincerit̄ · facta ipertinētia dimittendo · diſcreto
inſup vt nō reuelent hij quos ↄſortes et ſoci
os habuit in peccato · De hijs enim ↄfeſſoꝛ inqui
rens grauit̄ etiā peccaret · niſi forſan ſodales
huiꝰmodi cauſa petēdi ↄſilij ad eoꝝ pellendā
violentiā ↄfitēs detegeret · aut fortaſſis ad ex
plicandā pcā ſpēm neceſſitas eos manifeſtāri
poſceret · vt ſi quis cū ſola ſorore carnalit̄ com
mixtus fuerit · in quo caſu querēdus eēt confe
ſſoꝛ pſonā in confeſſione detectā ignorans ·
Super caſibus aūt ad abſoluēdū epo reſerua
tis aut ſupioꝛi · remittat ſacerdos inferioꝛ ↄ
fitentem ad prelatum vel ſuperiorem eum po
tentem abſoluere · niſi forſitan confitenti moꝛ
tis periculum immineret · aut magnum aliqđ
ſcandalum ex hoc oboriri · vel peccati reuelati
onem ſequi coniectura probabili formidetur ·
⸿ Hoc vero pro regula certa et documento
ſalubri teneatur vt nunquam pro peccato ſe
creto vel occulto penitentia publica penitenti
bus iniungatur · nec penitentia imponatur ·
quam nequeant · aut nolint ſufferre · Non de
bet rurſus confitens iniunctā ſibi penitētiā fa
cilit̄ reuelare · quo contingit iterdū peccatū

ſuum prodi· aut confeſſoris dicta aut interro
gata nimia leuitate detegere Nec enim omnia
ſecrete confeſſionis integritatē decernunt· niſi
quod abſit confeſſor penitētem ad malum ali
quod hortaretur ¶ Eſt ꝓpterea vtile et efficax
remedium diligentius retinendum ab hijs qui
peruerſa inclinatione vel conſuetudine incidūt
in aliquod enorme peccatum a quo non de faci
li retrahūtur· ꝙ ſcilicet ſeipſos ad penam ali
quam pecuniariam vel aliam vſqꝫ ad certū tē
pus prefixum cuꝫ certo rationis moderamine
conſtringant· quocienſcumqꝫ in id peccatum
incidere cōtigerit· Dicunt namqꝫ ſepius inſipiē
tes aliqui ſe a peccato ire· luxurie· periurij· a
ſi quod eſt ſimile abſtinere non poſſe· qui ta
men hoc ipſo ſalubri remedio velut menda
ces facilime confutantur cum vnius albi vel
franci in emenda cuiuſlibet tranſgreſſionis
eis inflicta pena ipſos a perpetratione iniuſti
operis retraheret· ¶ Vnde manifeſte conuin
citur eos diuini precepti et proprie ſalutis in
tuitu· a conſuetis vicijs abſtinere poſſe· niſi fi
ctam et peruerſam haberent voluntatem· et
tales velut fatui veritati non credunt nec o
bediunt quouſqꝫ ſupplicia luant· et delictoruꝫ
ſuorum ſeram et infructuoſam penitentiam
agant· ¶ Fitqꝫ iuſto dei iudicio qui penitere
de commiſſis cū poſſunt nō volūt· cū velint ne
queant·

Capitulum decimumoctauum con
cludit non eſſe quemq̄ ab alio ad
peccatum impellendum. ſed ad bō
num pocius operandum

Poſtremo quicquid agat homo in per
ſona ſua. ſupreme caueat alium ad
male agendum ſollicitare. aut verbis
aut factis. exemplis vel conſiliis aliquid age
re quod de ſe ſit occaſio ruine peccati. ſpecia
liter coram iuuenibus aut perſonis innocenti
bus. Hoc enim proprium eſt ſingulare
q3 demonum officium. quemadmodum bo
norum angelorum intereſt ſpecialiter homi
nes inducere ad bonum. Compertum eſt
etiam frequenter accidere. quod homines aliorum
ad malum impulſores vix aut nunq̄ delicti
ſui condignam penitentiam aſſecutantem per
ficiant. quia nequeunt eos corrigere ad bonū
quos deceperunt. iam forte dampnati ſunt vi
dictam a deo poſtulantes eternamq3 eis male
dictionem iugiter imprecantes. Sicuti ex
oppoſito iam ſaluati aliorum doctrinis et factis
aut opera diligenti. qua nullum deo opus ac
ſacrificium acceptius eſſe poteſt. et ad pecca
ta delendum validius pro ſuis adiutoribus p̄
ces indeficienter effundunt. Curet etiam
propterea fidelium quis. iuxta cognicionis

et virtutis a deo ſibi conceſſarum facultatem in
monitionibus et exemplis alium ad bene agē
dum incitare · pater filium · doctor diſcipulū ·
et ſapiens inſtruat ignorantē · Rogemus tn̄
pro mutua pace et vnanimi inuicem caritate
quo poſt mortem corporis huius perhennis be
atitudinis participes ſim9 · quam nobis conce
dat deus vnus eſſencialiter et perſonaliter tri
nus qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum ·
Amen ·

¶ Sequitur examinatio conſcientie ·

QVisquis a morte peccati ad ſalutis
et gratie ſtatum volet reſurgere ·
q̄ꝗ vt actus ſui et intentiones ad
vitam eternam vtiles ſint et meri
torie · neceſſe eſt ꝙ delicta ſua recogitet et cog
noſcat · dolens de commiſſis · atq̄ ꝓponat auxi
liante deo a peccato mortali ſe precauere et ab
ſtinere in futurum · firmum preterea ac ſince
rum propoſitum habeat competentibus loco et
tempore peccata ſua ſaltem mortalia diſtincte
et integraliter confiteri · ¶ Quod vt commo
dius fiat · priuſq̄ꝫ confitens crimina ſua reue
laturus accedat · ipe circa ea matura moroſa
q̄ꝫ diligentia premeditari tenetur · quaſi mag
num aliquod emolimentum inde reportare ſe

crederet· vt complete magis ipſa confeſſori ſu
o ac lucidius exprimat· ¶ Quia vero plurimi
ſimplicium ob negligentiam aut ignorantiaꝫ
nõ excuſantem ſed potius accuſantẽ· modos a
ſpẽs neſciunt peccatorũ pn̄s confecta eſt tabu
la· quã inſpicientes confeſſuri· cogitatõe ꝓuia
inſtructi ſufficienter ad ſalutem poterunt ſua
peccata cognoſcere memoriterqꝫ tenere· et cõ
feſſoribus vtiliter reſerare· ¶ Procedit autem
tabula ſecundum numerum et ordinem pecca
torum mortalium· que ſũt ſuꝑbia· inuidia· ira
auaricia· accidia· luxuria· gula· Confeſſurus
ergo tuam primitus conſcientiã examinãs int
roga te· circa peccatũ ſuperbie· Si vanam tui
laudem et propriam excellentiam queſiuiſti ꝟ
optaſti propter bona fortuita et caduca· diui
tias ſcilicet aurum et argentum terrenaſqꝫ po
ſſeſſiones· aut propter naturalia bona ſcilicet
corporis pulcritudinem fortitudinem· iuuen
tutem et ſimilia· ſeu etiam ratione gratuito
rum donorum ſicut eſt dei cognitio vel affectꝰ
deuotio· ¶ Si alios contempſiſti propter ali
cuius horum bonorum precedentium defectũ·
¶ Si aliqua opera feciſti vt inde mundanam
laudem acciperes· vel vt alij te meliorem quã
ipſe ſis reputarent· et multomagis ſi hoc fe
ciſti pretextu ypocriſis ficte· quam vt alijs
eſſes exemplar in bonum· vel eos a malo re
traheres· ¶ Si nimium pertinaciter immiſus

eſ opinioni proprie. vel credulitati · alterius
conſilium contempnendo · ſpecialiter in mate
ria fidei et criſtiane religionis Ex hac enim ra
dice pullulant hereſes. ſortilegia et falſe cre
dulitates · ¶ Si per iactantiam aut inanem
gloriam opera tua bona recitaſti · vel te alijs
preſentibus inculpaſti vt ob hoc humilis et de
uotus crederetis · ¶ Si gloriatus es corde aut
ore de malo · vt ꝙ alium defraudaſti · vel ei in
iuriam intuliſti · quodqꝫ per te et tuos compli
ces ad male agendum potens fuiſti · ¶ Si ſupe
rioribus tuis inobediens extitiſti · et eos con
tempſiſti · precipue carnales parentes et ſpiri
tuales · ¶ Si intra confeſſionem mentitus es
peccatum tuum · aut eius ſpeciem mũdano pu
dore celando · talis enim confeſſio inutilis eſt ·
ſed et nouum crimen incurris · ¶ Si peccatoꝝ
tuorum excuſationes queſiuiſti · aut minuiſti
culpam tuam · ſocijs aut complicibus imponē
do · ¶ Si te per inobedientiam et contemptum
excōicari permiſiſti · aut leuiter nimis excōica
tis ꝑticipaſti · Si in iudicio publico vel alibi ob
pudorem veritatis reuelande periurium cōmi
ſiſti · Si a bonis operibus aut verbis abſtinuiſ
ti propter obloquẽtium quorundam fatuoꝝ
timorem · Si indignando contemſiſti peccatores
pauperes ignorantes · impotentes · aut infir
mos · eos precipue qui tibi genere propinqui
ſunt. aut ſi eoſdem irriſiſti · Si ſignis aut ver

bis contemſiſti eos qui ſtudent deuocioni. Si pſūptione motus aggreſſ9es ardua ſciam tu am aut potentiā excedēcia. aut tuo ſtatui aut ſtudio indecēcia.

### Circa peccatū Inuidie.

SI de alterius incōmodo letatus es. cū ei infortuniū aliquod cōtigerit. aut ſi diffamacōnē ſeu pſecucōez icurrerit Si de bonis alterius doluiſti. quia bene famatus bonus pulcher ſapiens eloquēs deuotus aut religioſus exiſtat. Si malū altēi preoptaſti l' bonam famā ipſi9 minoraſti verbis iniquis de eo publice vl' ſecrete manifeſte aut fraudulenter prolatis. eius verba aut opera ſiniſtre iudicando aut in peiorem ptem frequent' int'pretando.

### Circa peccatū Ire.

SI diu cum conſenſu irā contra pximū tenuiſti cum deſiderio vindicte vl' appetitu nocendi per te vl' aliū verb' aut factis. Si ira vel odio contra quemcumqz cōtumelias protuliſti aut in rebus nocumentum prebuiſti vel irruiſti. ſi cum percuſſiſti vulneraſti occidiſti. Et attendatur diligenter an leſus ſacerdos aut clericus exiſterit. rc.

Si a leſis a te vel iniuriam paſſis veniam pe
tere rennuiſti cum preſertim equales tibi fo
rent· aut in nullo ſubiecti· ¶ Si arma inuaſi
ua ad nocendum tuliſti· ¶ Si alteri mortem ſi
ue leſionem illicite minatus es etiam appoſito
iuramento· ¶ Si ſecretum alienum reuelaſti·
Si humiliter a te veniam petētibus indulgēti
am denegaſti ¶ Si motus ira iuraſti nequit̄ ꝑ
periurium cōmiſiſti· ſi deum blaſphemaſti lu
dum alearum ꝗ̄ aliū exercēdo· ¶ Si odio vł ira
core potius ꝗ̄ iuſticie zelo placitatōibus vł liti
bus alium vexaſti ¶ Si alteri maledixiſti ꝑſer
tim ꝑntib9 aut ꝓpinquis·

¶ Circa peccatum Auaricie·

SI alio neſciente vel nolente retines
illud qđ eſt ſuū· Si furtū rei ſacre aut
eccāſtice vł alterius cuiꝰcūqꝫ itra ec
cleſiā vł locū ſacratū cōmiſiſti· Si cōtra deū in
gratus indignaris ꝗ̄ nō tibi ſicut et ceteris ꝓ
uenerīt diuitie nec ad votū proſpere ſuccedūt
omnia· ſi ob hoc immemor dei beneficiorum ſi
bi ſeruire contēpnis· Si communia bona domi
norū vel parentum laute nimis in vſus prop
os conſumpſiſti aut mercennariorum et ſerui
torum iuſtum lucrum non eiſdem tribuiſti·
Si falſas et iniuſtas mercaturas exercuiſti et
modum inquiras· Si falſo et mendaci artificio
vſus es· modum quere ¶ Si ſymoniam in te
vel in alio perpetraſti· Si cōmutatōes vſurarias

cum alio contraxiſti· adulterati ē modus· ¶ Si
ſine lucro periurus fuiſti· ſi ludis prohibitis
vt eſt taxillorum ludus auaricia motus te im
miſcuiſti· Si feſtiuis diebus ſpe lucri manua
lem laborem aut mercationem per te vl' per a
lium fieri conſenſiſti· Si commiſſa tibi in teſta
mento vel aliter legata vel eleſimoſinas perfi
cere et diſtribuere neglexiſti· Si opera miſeri
cordie et elemoſinas occurrente neceſſitate ob
lationes et decimas ſoluere contempſiſti ¶ Si
ficta adulatione vel intentione pecunias ex
torquendi· alium decepiſti aut etiam irriſiſti·
Si parentum vel mariti bona eis inſcijs abſtu
liſti· ¶ Si proprias et alienas poſſeſſiones in
utiliter conſumpſiſti ¶ Si alieni dampni cauſā
vel occaſiō voluntarie et gaudenter extitiſti
vt lucrū inde vel commodum reportares· vt
exempli gratia ſi inter duos rixam moues vt
ex eorum mutua lite aut verbere vel occaſiōe
emendam iudiciariam aut patrocinij lucrum
feras· ¶ Si famem aut peſtilentiam optas vt
per eam diteris· aut de parentum morte gau
des· vt ſuam hereditatem accipias· aut ſi periu
ras aut alium ad periurandum impellis ven
dendo et emendo· Si in artificio quocunqȝ inu
tiles adinuenis nouitates vt ditatus habun
des·

¶ Circa peccatum· Accidie·

SI miſſam et horas vel aliud diuinum
officium ſeu ſeruicium omiſiſti celebra
rē ad quē dicenda tenebaris. Si in feſ
tis ſpecialiter ab eccleſia obſeruari preceptis.
aut alias per triſticiam negligentiam vanita
tem aut ocium. eccleſiaſticum officium. predi
caciones et ſermones audire contempſiſti ¶
Si conceſſum tempus diebus preſertim feſti
uis in verbis aut factis ociosis inutilit̄ cōſūp
ſiſti aut eccleſiaſticum officium ſermonib9 gar
rulis turbaſti. Si idem preſtitum tempus ex
ceſſiue dormiendo in lecto tuo demorando. vl̄
aliter male occupaſti. ¶ Si per negligentiam
aut inciciam ſanctas habere meditatiōes mor
tis iudiciorum et bn̄eficiorum dei erga te pre
termiſiſti ¶ Si pro benefactoribus tuis viuis
et defunctis preces fundere neglexiſti. ¶ Si
commiſſorum tuorum regimini et cure non re
cte ſollicitus extitiſti. ¶ Si negligenter de pec
catis contritus es aut confeſſus vel ante cōfe
ſſionem circa peccata tua premeditationem ha
bere noluiſti. ¶ Si peccatorum tuorum oblit9
es vel iniunctam penitentiam minus debite p
feciſti. ¶ Si quelibet vota vel promiſſa infrin
gendo tranſgreſſus es . et attendatur mo
dus. ¶ Si deniq3 preceptorum eccleſie fuiſti
tranſgreſſor. et ſi publicam eukariſtie ſump
tionem vel aliorum ſacramentorum ſuſceptio
nem diſtuliſti. ¶ Si non recte ipſa ſacramē

ta recepiſti· ſcilicet non premiſſa debita inte
grali confeſſione·

## ¶ Circa peccatum Luxurie·

SJ moroſas cogitationes circa carnalē
actum cum complacencia et delectatio
ne nociua in corde tenuiſti· ſi cogitati
onibus talibus carnalibus vel aſpectibus aut
verbis aut ſignis aliquibus motum carnis ex
citaſti nec eidem ſufficienter reſtitiſti ¶ Si hu
ius peccati occaſiones non fugiſti aut quod de
terius eſt eaſdem procuraſti· ¶ Si per tales
temptationes vel motus in luxurioſum con
ſenſum cecidiſti affectando exterius opus ſi po
ſſes vel auderes perficere· ¶ Si attactum ali
quem inhoneſtum vel pruritum in membris
pudendis exercuiſti ex quo carnalis delectatiō
ſecuta ſit et modus diligenter aduertatur· ¶
Si talium peccatorum erga alios cauſa · vel
ruine occaſio fueris· verbis· oſculis· amplexi
bus· aut alijs ſignis vel forte picturis et figu
rationibus inhoneſtis· ¶ Si dormiendo hanc
carnalem delectationem vel pollutionem incur
riſti· ¶ Si cum alia perſona carnalem commix
tionem iniuiſti· et attendatur cuius gradus
vel conditionis foret perſona · an vxorata
altera· aut virgo· ſi generis propinqua et in
quo gradu· ſi ſanctimonialis religioſa · aut

in ſacris ordinibus conſtitutã. ſi tibi conſenſit aut ei violentiam intuliſti ¶ Si denique eiuſdem tecum ſexus aut alterius erat et exprimatur modus Si luxurie peccatum opere conſumma ſti alio ordine quam natura dictauerit. ¶ Si matri monij legittimam honeſtatem non obſeruaſti ratione operis in ſe vel circunſtantiarum que magis in confeſſione certis ſunt interrogatio nibus cognoſcende quam verbis vel ſcripturis qui buſlibet in publico reſerande. ¶ Si diebus fe ſtiuis minoribus aut minus ſolempnibus tali a peccata perpetraſti aut forſan in ſacratis locis. ¶ Si abortiuum procreaſti aut ſi fe tum ex vtero naſci impediuiſti aut ob ſtric turam veſtimentorum aut agitationem corpo ris immoderatam. vel choreis vel alijs pluri bus inuſitatioribus modis. Si diſſolutis aut inhoneſtis aſpectibus et choreis et geſtibus incompoſitis vel innata pulchritudine aut fu co mendaciter colorata. vel denique veſtimen tis ſuperfluis alios ad malum allicere voluiſti aut te concupiſci ab eiſdem affectari. ¶ Si tibi matrimonialiter coniuncte perſone carna lis copule debitum infirmitate aut alio legitti mo impedimento ceſſante denegaſti. et cete ra.

¶ Circa peccatum Gule.

SI ieiunia ab eccleſia obſeruari mãda
ta tranſgreſſus es · ceſſante infirmita
te · impotentia · vel alia rationabili cau
ſa · Si ex nimia cibi vel potus ſumptione · ebe
tatem · luxuriam · diſſenſiones · aut corporis ĩ
firmitatem incurriſti · Si ob eandem cauſã ſtu
dium · laborem · mercationem · vel aliud opus
ad quod agendum ipſe tenebaris omiſiſti.
Si per nimios ſumptus in potibus et cibis te
vel tuos heredes indigere aut mendicare coe
giſti · Si demum nimis auide aut habundantev
cibum ſumpſiſti · vel delicata fercula curioſe p̄
paraſti · aut horam comedendi preueniſti · ſic
ꝙ ex hoc preceptum aliquod dei vel eccleſie
ſolueretur · vel grande aliquod corporis incom
modum ſequeretur. Per hec autem om
nia que de ſeptem peccatis mortalibus iam ex
plicata ſunt · poteſt homo cognoſcere quibus
modis quinqꝫ ſenſuum exteriorum miniſterio
contra decem legis precepta · contra miſericor
die opera et duodecim noſtre fidei articulos de
liquerit · vt non ſit opus hec poſteriora prio
ribus addere niſi quis enumeratis prioribus
ſpecialiora et particulariora adiungere volue
rit ·

¶ Ad plenariũ; aũt precedẽtium itellectũ vt
agnoſcatur qualiter rite ſit facienda ɔfeſſio ·
notãda ſunt aliqua ·

P2imo ꝙ de cōi regula eſt · et ecc̄ie pre
cepto tenetur quilibet ad min9 ſemel
in anno circa paſcha peccata ſua cōfi
teri · cum etiā eukariſtiā aut aliud ſacramen
tum ſuſcipere intendit · tūc etiā ciꝫ mortis im
mineṫ periculū. Cū pt̄erea ipſe qui peccatoreꝫ
abſoluere poteſt adeſt · cuius p̄ſentia nūꝙ̄ ī po
ſterū haberi ſ2ri datur · quāuis ſepius cōfite
ri proſit · quater videlicet annuatim · vl' menſi
ſingulis aut quolibet ſolempni feſto iuxta ꝑ
ſōne facultatem et ſtatum · ¶ Secundo ꝙ con
feſſio in loco patenti vl' publico fieri debet · ne
occaſione ſecreti loci et pretextu deuotionis
impellat dyabolus ad malas cogitationes · et
iniqua verba vel opera · nūꝙ̄ etiam confeſſor
confitentis vultum aſpiciat ¶ Tercio ꝙ mul
ta ſunt crimina a quibus peccatoreꝫ ſacerdos
ſimplex abſoluere non poteſt · niſi penitentia
rius fuerit · aut a prelato ſuperiori p̄teſtatē
acceperit · quemadmodum ſortilegium · quod
aliquando per abuſum ſacrarum rerum cōmit
titur. aut ex aliis rebus friuole cauſa querit'
que non eſt cauſa intēti effect9 : ꝙ p res ſacras
ꝯmittitur ſacrilegium · quod ē furtū rei ſacre
vel intra locum ſacrū ꝑcuſſio violēta ſacerdo
tis vl' clerici · Simonia · ħereſis · ceteraqꝫ crimi
na quib9 eo facto excōmunicationis ſententiā
incurrūt delinquētes · homicidium percuſſio pa
tris aut matris · periurium in iudicio publico

commiſſum· adulterium ſignanter notorium
mulierum raptus violentus· defloratõ virginū
conſtupratio ſanctimonialiū· et inceſtus cum
conſanguineis intra quartū gradum: votoruꝫ
fractio· oppreſſio paruulorum infantium ob
negligentem cuſtodiam· peccatum item tur
piſſimum et abhominabile quod contra natu
ram dicitur· ſiue in propria perſonā permolli
ciem perpetratum ſit· ſiue in alio cõmiſſum qui
eiuſdem ſexus exiſtit· vel in perſona alterius
ſexus ſi fiat in alijs membris q̃ natura ad ge
nerationem deputauerit· vel ſi deniqꝫ in alia
ſpecie admiſſum ſit· ¶ Talia namqꝫ crimina
grauiora ſunt q̃ ſit eſus carnium in ſacroſāc
to die veneris· vnde et de eis tenetur peccator
expreſſe confiteri· ſub pena eterne dampnatio
nis· ¶ Quarto q̃ perſona confitens debet habē
re voluntarium propoſitum om̄ia peccata ſua
iuxta vires integraliter explicandi et ad intē
rogata veritatē ſine mēdacio reſpōdere ad ſui
accuſationem vel excuſationē· Itē celare etiaꝫ
debet pccm̄ alterius· niſi fortaſſis aliter ſuū pec
catū reuelare nō poſſit· niſi pſonā talē ad ſuum
cõmodū ſpūale cõfeſſori detegeret abſqꝫ ꝑiudi
cio cuiuſcumqꝫ· Quod ſi prelatus ſuperior vel
penitentiarius non ſingula peccata cõfitentis
integralr̃ ſed ſolos caſus reſeruatos audirē vo
luerit· reſeruet peccator alia delicta minori ſa
cerdoti poteſtatē ſuper hijs habenti confitenda

¶ Quinto q̄ nullus iniunctam penitentiam
recipere debet niſi quam perficere voluerit·
quam et celare tenetur vna cum alijs confeſ
ſori prolatis aut interrogatis· niſi forſan q̄d
abſit idem confeſſor confitentem verbis aliqui
bus ad malum inducere niteretur ¶ Sexto q̄
ſi grande quid alicui reſtituendū ſit· et is ig
noretur cui debeat reſtitui· vl̄ etiam ſi votoꝝ
cōmutatio aut relaxatio facienda ſit· conſulat̄ p̄
latus ſuperior· vl̄ alius horum ptātē habens nō
aūt ſacerdos inferior ¶ Septimo q̄ ſup̄ pccās i
generali ſupius numeratis ſi caſus ſpeciales
occurrerāt vl̄ numerus delictoꝝ· tenetur hoc cō
fitēs explicare tūc· preſertim qn̄ pticularitas
caſus· vel numerus ſpecialē haberet annexam
maliciā mortalē· vt cum quis decem frācos ab
ſtulit paupi· vxorem et filios habenti vl̄ in lo
co ſacro· grauius peccatum eſt q̄ furtum p̄ca
ſe in generali omiſiſſe· Et pariformit̄ in alijs ca
ſibus pticularitas exprimatur· put ꝯfitēs me
minerit ſcd̄m beneplacitū cōfeſſoris· obmiſſis
circūſtancijs alijs ad peccati grauitatē iptinē
tibus· ¶ Octauo q̄ ſi perſona ꝯfitens in pccā
bi ꝓpoſito perſeuerat· vl̄ de nouo peccatum ite
rare diſpoſuit· aut q̄ ablatū alteri ſcd̄m facul
tatem ſuam non vult dimittere vel reſtituē·
aut q̄ a carnali peccato luxurie recuſat abſti
nere· vel q̄ nocendi iniquum ꝓpoſitū retinet
nullus hanc perſonaꝫ a peccatis ꝯfeſſis poteſt

aut debet abſoluere· quamq̄ tali perſone ſa
lubriter conſulatur· vt bōna que poterat inte
rim perficiat· quatenus eam deus in viam re
ctam dignetur illuſtrare· ¶ Nono notatur
q̄ peccatum quodlibet tanto peius ac deterius
eſt· quanto pluribus intulit nocumentum·
Propter ea ſi quis fuerit alterius rūie cauſa
et occaſio· vt innocentes preſertim iuuenes
aut puellas· ſuo conſilio hortatu vel alio quo
uis modo ſollicitando ad peccatum· agat huius
rei diſtrictam penitentiam· et procuret decep
torum a ſe correctionem aut emendationem
totis viribus procurando· et p ſe et alios eos
ad viam veritatis et ſanam doctrinam redu
cendo· In hoc enim conſiſtit portio principal
ſue ſatiſfactionis et penitentie· ¶ Decimo q̄ ſi
quis poſt conſcientie ſue examinationem dili
gentem· ipſe peccatorum quorundam etiā mor
talium a ſe commiſſorum non reminiſcatur·
tunc per ſolam generalem confeſſionem de ip
ſis abſq̄ alia ſpeciali ſaluabitur ſi tamen ea
prius oblita poſtmodū ad memoriā redierit
ea ſpāliter certis tempore et loco cōfiteri tene
tur· Qua in re periculoſū eſt cōmiſſoꝝ a ſe deli
ctoꝝ mortaliū p negligētiā atq̄ deſidiā imēo
rem fieri·

Abſolutio·

FOrma abſolutōis ſufficiēs et reqͥſita ꝑ
pccā̄s de quib9 cōfeſſor itēdit et pt ab
ſoluē ꝯfitētē Ego abſoluo te a pccā̄s tu
is In noīe pr̄is et filij et ſpūs ſci. Amē Et ſi cō
feſſio de excōicatōe trmīnō. fiat dicat Ego abſol
uo te ab excōicatōe tua In noīe pr̄is et filij et
ſpūs ſci Amē. Et ſi cū hoc fiat abſolucō de pec
catō ꝑpt̄ qd̄ latā ē excōicacō l̄ de alijs addat for
ma ꝑor Additōes qdā alie ꝯdicōales q̄ inuolu
tua9 dimittūt.

## Tercia ps̄ hui9 opuſculi de ſciā mortis

SI veraces fideleſq3 amici cuiuſpiam e
groti curā diligēnci9 agāt. ꝓ ipſi9 vita
corꝑali fragili. et defectibili cōſuāda
exigūt a nob multo forci9 de9 et caritas ꝓ ſalu
te ſua ſpūali ſolliciutudīnē gerē ſpālem In hac
enim extrema mortis neceſſitate fidel ꝓbatur
amicus Quippe nullū ē op9 miſtdie maius ſi
ue cōmodoſi9. qd̄ et tanti apud deū meriti. et
amplioris frequenter eſtimatur. queadmodū
pſone noſtri ſaluatoris ihū xpi ſi i tris nobiſ
cū degeret. impēſū ſeruiciū corporale. Quam
obrem cura fuit preſenti ſcripto cōponē breuez
quēdā exhortationis modū habendum circa eos
qui ſūt in mortis articulo cōſtituti. valentem e
tiam generalit̄ oībus catholicis ad artez et no
ticiam bene moriēdi cōquirendā. Continet āt

opuſculū hōc breue q̄tuor ꝑticulas : ſcȝ exhor
tatōes · interrogatōnes · orationes · et obſerua
tiones ·

¶ Prima pars continet quattuor exhortatio
nes ·

Prima exhortatio ē Amice dilecte aut
dilecta · cōſidera nos oēs ſubiectos eē
potēti manui dei · ⁊ ipſi9 voluntati ōēs
nos cui9cūq̄ cōditionis aut ſtatus reges prin
cipes diuites et pauperes · mortis tributū ſol
uere neceſſe eſt · Venim9 in mundū peregrino
rū more · vt ex eo tranſeam9 · non vt manſionē
in eo ſtabiliam9 · quin poti9 vt hic bene et meri
torie viuentes et deo ſeruientes · horribiles in
ferni penas euitemus · et glām eternā habea9
Recognoſce diligēter cum gratiaꝝ actione a
deo tibi conceſſa beneficia · q̄ꝺ etiam tibi in hac
extrema hora ſui cognitionem dederit · nec te
morte ſubita preoccupauerit · gratias pro hijs
et alijs innumeris donis nunc eidem refer · ad
ſuam infinitam miſericordiam confugiens · et
cōmiſſis a te criminib9 veniā humiliter poſcēs
Sollicite cogita te in vita tua plurima delicta
perpetraſſe quibus penā ferre metuiſti · vnde
et hui9 infirmitatis et mortis penas paciēt tol
lerar̄e dēs · rogās deū vt p̄ſētis doloris acbitas
remiſſionē opet̄ peccōꝝ · ⁊ purgatorij horribil̄

cruciatus in hanc afflictionem tuam per ſuam miſericordiam commutetur. Tollerabilius eſt namq hic preſencialiter q̄ in futuro puniri. quod ſi ſis corde contrito paciens penam neceſſariam tamq̄ voluntariam feres et omnem penam et culpam remittet deus. certuſq paradiſum introibis. alioquī per impacientiam eternam penam et dampnationem incurres.
Super omnia in hac extrema hora conſtitutus meditare circa tuam ſpiritualem ſalutem: nū q̄ enim fortaſſis in futurum huius meditacionis occurret oportunitas. omnem aliam ſollicitudinem et rerum terrenarum curam relinque. quas relinqui neceſſe eſt. que etiā nec ab inferni precipitio corruentem eripere valent. plena fide te deo committe et ei qui ōmpotens bonus et ſapiens eſt de tua et tuorum regenda prebe. Omnem preterea cogitatum tuum in eum dirige. aſtantes ſolummodo et ſuperſtites rogans. vt pro ſalute tua deum precibus exorent.

Scd̄a ꝑticula ſex habet īterrogatōes.

Dilecte aut dilecta. vis tu mori et viuere in ſoliditate fidei criſtiane reſpectu dei et domini noſtri ihꝭu criſti tamq̄ verus fidelis et obediens ſancte matris eccleſie filius. Reſpondeat. volo. Petis a deo

veniam peccatorum tuorum commiſſorum et omiſſorum que contra eiuſdem amorem · maieſtatem · atq₃ bonitatē egeris · Nec eum prout debebas honoraſti · reſpondeat · peto · Habes ne ſincerum propoſitum et explicatam volūtatem vitam tuam in melius commutare atq₃ corrigere · ſi vita comes ſuperfuerit · rogas etiā deum vt tibi gratiam preſtet hoc ꝓpoſitum continuandi veramq₃ contritionem habendi ¶ Es tu conſcius tibiipſi alicuius peccati mortalis vł criminis de quo non ſis confeſſus ¶ Optas ne etiam cor tuum illuminari ad oblitoꝝ criminum ſi que ſint habendam noticiam · et ſi tu ſcires libenter confitereris ea · ¶ Vis ablata per te reſtitui integraliter quantum ad id teneris iuxta tuarum facultatum valorem etiam vſq₃ ad omnium bonorum tuorum ceſſionem et renunciationem · vbi alias ſatiſfactio fieri non valeret · et coram deo et hominibus veniam iniurie petis ¶ Indulges ex corde omnibus qui tibi nocumētum ītulerunt ob venerationem et amorē domini nr̄i iheſu xp̄i · a quo et veniā ſperas · petis ſimilit̄ īdulgeri tibi et remitti ab hijs quos v̄bis aut factis leſiſti · Ad has oēs p̄miſſas interrogationes affirmatiue reſpondeat · volo ·

¶ Tercia p̄ticula breues miſtrat oroēs

Primo dicat infirmus ex corde deum
orans. Deus meus piiſſime pater.
Miſerere mei deus meus piiſſime pa-
ter. In manus tuas commendo ſpiritum me-
um. pater miſericordiarum miſericordiam fac
huic paupercule creature tue. ¶ Adiuua me
nunc etiam in hac vltima neceſſitate. ¶ Suc-
curre iam anime egenti et deſolate. vt non a
malignis ſpiritibus captiuetur. et a canibus
infernalibus deuoretur ¶ Dulciſſime iheſu ob
honorem et virtutem tue benedictiſſime paſſi-
onis iube me recipi intra numerum electorum
tuorum. Saluator meus et redemptor meus.
reddo me totū tibi nō me renuas ad te venio
non me repellas ¶ Domine paradyſum tuum
poſtulo non ob valorem meorum meritorum
ſed in virtute et efficacia tue benedictiſſime paſſi-
onis per quam me miſerum redimere voluiſti
et michi paradyſum precio tui ſanguinis e-
mere dignatus es ipſum michi conferre feſti-
na propter quem nec tue diuicie aut potencia
minuentur nec ipſe paradyſus anguſtior aut
minor inuenitur. ¶ Salutet poſtmodum beati-
ſſimam virginem mariam dicens. ¶ Regina
celorum mater miſericordie confugium pecca-
torum reconſilia me vnigenito filio tuo. eius
clemenciam pro me indigno peccatore inter-
pella vt ob amorem tuum mea remittat crimina
perducens in gloriam ſuam. ¶ Angelos de-

hinc precibus inuitet inquiens ¶ Spiritus ce
lorum angeli beatiſſimi aſſiſtite queſo michi mi
granti ex hoc ſeculo et potenter eripite me ab
omnibus aduerſariorum inſidijs et animam
meam in veſtrum conſorcium aſſumite · Tu p̄
cipue angele bone cuſtos meus · ¶ Poſt hec i
quiratur ab infirmo cui ſanctorum vel ſanc
tarum magis deuotus extiterit vt illi precem
offerat dicendo O glorioſiſſime ſancte vel ſanc
ta ſingularem in te dum viuerem ſpem et con
fidenciam repoſui ſuccurre nunc michi in hoc
extremo neceſſitatis articulo laboranti nūc ānx
ior ſupra modū · tēpus nūc inſtat et hora · iā in
adiutoriū meū intēde ·

Queritur per quaſdā obſeruatōes edoceri vt ſciāt q̄
lis predictorum vſus habēdꝰ ſit ·

Si paciens nondum eukariſtiam aut
extremam vnctionem ſuſceperit · inē
rogetur an eadem ſacramenta deuote
paratus eſt recipere · ¶ Si etiam ſuper interro
gationibus premiſſis veriſimiliter appareant
reſponſiones pacientis exiſtere · remedium ap
ponatur quantum id commodius fieri poterit
vel per miniſtrationem ſacramentorum con
feſſionis · eukariſtie · aut extreme vnctionis
vel eidem manifeſtando periculum quod in
currat non plene ſatiſfaciendo peticionibus

ſuper fidē ſua et ſalute conſciētie prolatis.
Moneaturq3 vt decedat tanq̄ verus et fidelis
criſtianus. ¶ Attendatur ſi infirmus ipſe ex
cōmunicationis vinculo aſtrictus teneatur et
propterea ſubmittat ſe totis viribus ordinato
ri ſancte matris eccleſie vt abſoluatur. ¶ Si
moriturus prolixum temporis ſpacium. ad ſu
am recollectionem habeat. ne morte feſtina p̄
neniatur legende forent coram eo ab aſtātibꝰ
hiſtorie et orationes deuote. in quibus ſanus
et viuens amplius delectabatur. vel recenſen
da eſſent diuina precepta vt profundius me
ditetur ſi quid aduerſus ea negligēter oblitū
deliquerit vel preſens coram eo inſtructio re
citetur. ¶ Si patiens vſum loquendi perdide
rit habet tamen ſanam et integram noticiam
ad interrogationēs ſibi factas vel orationes
coram eo recitatas ſigno aliquo exteriori vel
ſolo cordis cōnſenſu reſpondeat. hoc enim ſuff
fiat ipſi infirmo ad ſalutem. ¶ Preſen
tetᷓ infirmo ymago crucifixi vel alterius ſanc
ti quem ſanus et incolumis ſpecialiter vene
rabatur ¶ Si non omnia premiſſa dici bre
uitas ſinat preponende ſunt orationes. illa
preſertim que ſaluatori noſtro ihēſu criſto di
riguntur ¶ Nullatenꝰ q̄ minime ſi fieri poſſit mo
rienti amici carnales. vxor. liberi. vel diui
cie. ad memoriam reducantur niſi inquantū
id exigit patientis ſpiritualis ſanitas et dum

alias conuenienter omitti nequit. Non detur
infirmo nimia spes corporal' salutis ꝯsequēde ·
ingeratur potius eidem prima monitio supiꝰ
explicata · Sepe namqꝫ per vnam talem iānem
et falsam consolationem et incertam sanitatis
corporee confidentiam certam incurrit homo
dampnationem · Quinymo hortandus est pa
tiens vt per contritionem · et confessionez ani
me sanitatem procuret qđ et ad salutem corpo
ris si sibi fuerit expediens valere poterit et in
de securior atqꝫ q̄etior erit · Quia vero freq̄uē
ter corporal' infirmitas ex aīe languore ortū
habet papa p expſſam decretalem cuilibꝫ me
dico corporis districte p̄cipit · ne cuiq̄ egroto
corpoream conferat medicinā priusq̄ de spūal'
medici confessoris scꝫ requisitione eundem mo
nuerit. Vnde expediens videretur vt in quibꝰ
libet paupm hospitalibus vł domibꝰ dei statu
to firmaretur · ne q̄s ibidē eger suscipi possꝫ q
nō p̄mo ingressus die confessionez faceret ł ydo
neo sacerdoti ad hospitm deputato patius ꝯfite
ri se ꝯtinuo p̄staret sicuti domo dei parisiēsi
laudabiliter obseruatur ·

Explicit opusculum triptitum de preceptis
decalogi de confessione et de arte moriendi · p
eximium sacre theologie pfessorem · Magi
strū iohānem de Jersona alme vniuersitatis
pisiensis Cancellarium ·